

Q. F. S. F. Q.
 DISSERTATIO ACADEMICA
 DE
S T U D I O
L I N G U Æ H E B R Æ Æ
 MATURIUS INCHOANDO,

QUAM,

*Suffragante Ampliss. Facult. Philosoph. in Regia ad Duram
 Academia,*

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO atq; CELEBERRIMO,

**D^{n.} CAROLO ABRAH.
 CLEWBERG,**

L. L. O. O. & Græc. PROFESS. Reg. & Ord.

PRO GRADU,

Publico eruditorum examini subjicit

ANDREAS S. EDBLAD,
W. GOTHIUS.

Die X. Julii Anni MDCCLIV.

Loco horisque ante meridiem solitis.

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc,
 Finland, JACOB MERCKELL.

S:Æ R:Æ M:TIS
MAGNÆ FIDEI VIRO
REVERENDISSIMO PATERI AC DOMINO.
ENGELBERTO
HALENIO
S. S. Theologiæ DOCTORI
Consummatissimo,
Inclitæ Diœceœeos Scarenſis EPISCOPO
Eminentissimo,
Ven. Consistorii PRÆSIDI
Gravissimo,
Gymnasi Scholarumque per Diœcesin EPHORO
Adcuratissimo,
MÆCENATI INCOMPARABILI.

Ignoscas, Reverendissime D:ne Episcopo, quod Camæna
plane ignota immaturum ingenii fatum Celebratissime
Tuæ Eminentie consecrare sustineat. Mola salsa litant qui thura
ra non habent. Dum Episcopatus Scarenſis universus festivo tré-
pidat gaudio, quod Te summum suum EPHORUM, quem ante-
bac cupido duntaxat animo enim est amplexatus, jam ocu-
lis quoque venerabundis comitis intueri, oratione pietatem
spirante prosequi, Et gestibus devotionem testantibus venerari
posset.

possit; quid mirum, si tantus letitia sensus per singulas
quasi fibrillas moralis hujus corporis disseminatus, de cor-
de ad extimas quascunque particulas gratum propaget mo-
rum. Quod me adcinet, qui felicis hujus gentis minutissi-
mus quasi articulus sum, vere adfirmare possum, me li-
ceret in ultimis Patriæ terminis berere, tantam tamen ma-
teriem gaudendi desumisse ex inusitata fame constantia, dum
incomparabiles Tuas virtutes adnunciat, ut ferreò effens
animo, si tantum Ephorum tenerimo venerationis affectus
non prosequerer. At cum apta circumspicio signa, quibus
filiale mentis affectionem ostendam, idem mibi accidit,
quod simplici illi homini, qui, muneribus pretiosis deficienti-
bus, Artaxerxi Persarum Principi, volam aqua plenam,
quam ex proximo bauserat fluvio, in tesserae pie mentis
offerebat. Nibil enim prater egenas bas pagellas babeo, quo
pietatem in Te meam declarem. Has igitur si sereno sus-
cepitis vultu, me feliciorem praedicabo, at si a Rege Persa-
rum auream imprebras crateram. Interea spe latus, Sum-
mum rerum Arbitrum seris compellabo votis, dignetur Te,
Reverendissime D:ne Episcope, ditissima tua gratia ad ul-
timos mortalitatis terminos sospitem & incolumentem servare,
in Republicæ Ecclesiastice & Litteraria emolumendum certifi-
cum, Nobilissime Tuæ Familiae solatum dulcissimum & bo-
norum denique omnium patrocinium exoptatissimum.

Reverendissimi NOMINIS TUI

cultor devotissimus
ANDREAS S. EBLAD.

Råd och Handelsmannen i Staden Lüdkiöping /
Adle och Högachtade /
Herr HANS LIEDBERG,
Min gunstige Herre.

Lor mångfalliga godhet, min Herre, är orsaken, hvars före jag tagit mig den friheten, att tillstrikwa Eder thetta mitt ringa sinneprof. I hafwen siefv ifrån ungdomen latit lärdom vara Edor Nådgrisware och dygd Edor Ledjagare; therföre hafwer het ock blifvit Eder för en beständig wana och liksom andra naturen, att gyuna them, som lata these twenne ålka lyckans wercktyg vara sig om hiertat. Jag för min del, har flere prof theraf i händerna. Edart goda funnelag begynte aldras fört med mångfalliga välgierningar undfagna mig, ta jag hade den dran, att med min ringa undervisning betjena Edra fråva och valarcade Barn, och sedan Förhynen fört mig til thema astlägna orden, har het på lika sätt hugnai mig. Min årkänsla theremot, är större, än at hou skulle på et så trängt papper tilräckeligen kunna tolkas. Min osörindgenhet at lämna werckliga wedernälen af min vinfränckta tilgivvenhet, är het som måst bekymrar mitt tacksamma sunne. Läten förthensul, Gunstige Herre, thesea få bladen vara et tydligt fast otilräckeligt prof theraf, att Edra välgierningar intet fallit på en otacksam, så har jag en god del af det jag önskar. Min linswa plicht skal therjämte upphörligen förliswa, att med trogna böner ifrån högden utbedia öfwer min Herre och thes förnäma omvärdnad all andelig och lefamlig välsignelse. Framhärdar med wördnad och tilgivvenhet

Adle och Högachtade Herr Rådmannens /
Min Gunstige Herres /

Ödmjuke tjenare,
ANDREAS S. EDBLAD.


CLARISSIME AUCTOR!

SExennium jam fere est, Clarissime Domine Candidate, ex quo mihi licuit fidei Tua institutione frui, cumque tanto temporis intervallo omnés ingenii nervos in id intenderis, ut variarum scientiarum genere tenellum meum animum ornares, injurius omnino essem, nisi haec occasione publice testatum facerem tenerum affectum, quo Te propter summa Tua in me beneficia prosequor. Virtutes Tuas singulares, longe supra meas laudes positas, extollant & depraedicent alii, quibus maturius contigit ingenium, mihi satis fuerit, in tesseram grati animi, ut potuerim, significasse, quod non voce tantum, sed & exemplo ad omne virtutis genus mihi semper præiveris, quodque tales in Te habuerim studiorum meorum moderatorem, ut nec fideliter sperare, nec meliorem optare unquam potuerim. Ex

Ex animo itaque Tibi gratulor exantatos jam
mascule labores Academicos, & dum vivam vo-
vebo, ut Summus omnium rerum Stator velit
Te largo bonorum cumulo ita augere, ut
nihil desideres, quod unquam Præceptor ex
asse fideli optare potuerit discipulus candi-
dus atque ex animo gratus,

OTTO TANDEFELDT
Junior.





I. N. 3.

§. I.



Niversum genus humanum & singula
eius individua ex obscuris nihili late-
bris in conspicuum hoc universum
ideo prodire jussit Summus rerum Ar-
chitectus, ut subiecta felicitatis capa-
cias existerent, in quæ immensam suam gratiam ple-
nis quasi undis exoneraret. Pluribus sane rationi-
bus amabilem hanc veritatem adstruere supervaca-
neum judicamus, quippe quæ tanta lucet evidentia,
ut manifestum stultitiaz documentum edere censem-
dus sit, qui dubitationibus vel tantillum relinquere
locum. Singulis rebus creatis insignem prorsus a-
ptitudinem ad nostram felicitatem promovendam in-
didit creatrix manus. Hæc ne in cassum iret, ani-
mam quoque nostram talibus instruxit dotibus, ut
earum ope non tantum indagari, sed & adipicari
possit, modo debitam adhibeamus industriam, tena-
cemque mentis æruginem proba institutionis lima

A tol-

tollendam curemus , intenissimo sciendi desiderio acutos quasi stimulos addente. Nec sine provido Numinis consilio factum, ut nullo non ævo extiterint, qui viam , qua ad felicitatem itur, partim regulis monstrare, partim exemplis commendare sategerunt. Sed omnia vincere obstacula & optatum felicitatis portum adsequi, hoc opus, hic labor est. Certe ex alto infirmitatum luto, in quo omnes per naturam hæremus, nemo satis feliciter eluctari potest , nisi debiles animæ vires ultra propriam activitatis sphæram divino quodam auxilio elevatæ fuerint. Hinc , qui Scripturam divinitus revelatam adducit, omnia ineffabilis Dei bonitatis argumenta unico veluti plaustro adveftasse censebitur; quandoquidem nullum benevolentæ signum vel concipi potest, quod non in aureo hoc libro vividis relucet radiis. Singula enim oracula, quæ in Sacra comparent Pagina, sunt instar opulentæ ejusdam fodinæ, quæ inexhaustam auri copiam cunctis quidem venis recondit, sed non nisi diligentibus sui scrutatoribus pandit, qui interiora ipsius viscera idoneo lingvarum authenticarum scalptro sollicitare norunt. Quod vero multi doctrinæ salutiferæ studiosi tam necessaria eruditionis sanctioris adminicula vel prorsus fastidiant, vel extimis duntaxat digitis adtingant, id quidem nostro judicio exinde provenit, quod , necio quo errore seducti, justo terius ad excolendam hanc litteraturam accedant. Quoniam vero studium linguæ Hebrææ imprimis tam maleficam experitur fortunam, operæ pretium fuerit evincere, quod matu-

maturius, quam vulgo fit, excoli debeat ab omnibus, qui sanctiora ambiunt munera. Quod cum pauculis hisce pagellis pro virili præstare decreverimus, Te, Lector Benevole, qua decet observantia rogamus, velis innocuos conatus nostros in meliorem interpretari partem.

§. II.

OMNIBUS ARTIUM LIBERALIUM CULTORIBUS ADPRIME NECESSARIUM EST, DECENTEM DISCENDI ORDINEM TENERE. HIC QUINTA QUASI ESSENTIA STUDIORUM EST: IN HOC SPIRANT, IN HOC VIVUNT. QUI EUM DILIGENTER OBSERVANT, PROFICUA LABORIS COMPENDIA FACIUNT; CONTRA VERO, QUI EUNDEM NEGЛИGUNT, MALECAUTA SUA IMPRUDENTIA SIBI INNUMERAS CREAT MOLESTIAS. INGENIUM FATIGANT & JUDICIUM OBTUNDUNT, ADEO UT SERO VEL NUNQUAM PROPOSITUM ADSEQUANTUR SCOPUM. HOC FACILES HABET PROBATIONES, NEC ULLUM FUGERE POTEST, QUI VEL TANTILLA VERI PERSPICIENTIA INSTRUCTUS FUERIT. NOBIS Igitur, ut dicendis NECESSARIA SUPPONAMUS FUNDAMENTA, GENUINAS ORDINIS REGULAS, AD QUAS COTUS STUDIORUM CURSUS ADCOMMODARI DEBET, PAULO DISTINCTIUS HIC EXPONERE PLACET. IN ANTECELSUM VERO OBSERVASLE JUVABIT, STUDIOSOS MINUS RECTE REBUS SUIS CONSULERE, NISI JUSTUM SERVENT MODUM. HINC PRIMAM EORUM CURAM EO CONFERENDAM JUDICAMUS, UT CERTUM SIBI SCOPUM PRÆFIGANT, ADEO UT NON PER UNIVERSUM SCIENTIARUM CAMPUM VAGABUNDI EXCURRANT, SED, NATURA DUCE & FORTUNA COMITE, PRÆCIPUAM QUANDAM SCIENTIAM PRÆ CETERIS ELIGANT, QUAM EX PRO-

fesso, ut ajunt, excolere satagant, ne quando iis iure exprobrari possit odiosum illud dicterum: aliquid in omnibus & nihil in toto. Nam pauci, immo paucissimi sunt, qui pluribus ingenuis artibus sufficient, si adecuratam rerum scientiam lectabuntur, nec satis habebunt superficiariam quandam notitiam comparare. Sedulo tamen cavendum, ne nostro delectati studio reliqua contemnamus. Nam sicut maritus, rerum rationis ductum sequens, cum dilectori focia intimorem quandam familiaritatem colit, non tamen ideo aut consanguineis ejus fraternalm denegat amicitiam; aut ancillis benevolum animi affectum testari detrectat; sic studiosus domesticam suam scientiam ita deperire non debet, ut aut disciplinas huic agnatas fastidiat, aut ceteras respuat, quæ Heræ suæ proficia præstant servitia. Nam tororio quodam vinculo conjunctæ sunt artes litterariæ, & plerique sibimet invicem auxiliatrices porrigunt manus. Atque sic quidem ad speciales ordinis canones condendos descendimus, quorum tres peculiarem merentur attentionem. Primus postulat, ut ipsi scientiarum moli præstruamus ea, quæ fundamentis rite ponendis intervire deprehenduntur, & sine quibus ædificium superstructum necessario vacillat. Secundus exigit, ut eorum, quæ indispenſabilis sunt necessitatis, potiorem habeamus rationem, quam eorum, quæ leviorum quandam utilitatem pollicentur. Tertius requirit, ut temper, ceteris paribus, facienda difficultoribus præmittamus.

§. III.

OMNES HOS CANONES INSUPER HABENT, QUI STUDIUM SCIENTIARUM CULTURÆ LINGVARUM PRÆFERUNT, ILLUD TENERIORI, HÆC ROBUSTIORI ADSIGNANTES ÆTATI. NAM PRIMUM QUIDEM NATURALEM DISCENDI ORDINEM PERVERTUNT, &c., UT SVETHICUM HABET PROVERBIUM, JUMENTUM PLOSTELLO POSTPONUNT, EX EO SCILICET CAPITE, QUOD REALIA PRIUS TRACTANDA SUCCIPIANT, QUAM INSTRUMENTALIA, HAUD SECUS AC SI AVICULA PLUMIS NON DUM EMISSIS VOLATUM TENTARET. DEINDE VERO SE INSUPERABILIBUS IMPLICANT DIFFICULTATIBUS, EO NOMINE, QUOD INCONSULTIS PLANE CONSILIIS SIMPLICEM DISCENDI LABOREM MULTIPLICENT. TANDEM ETIAM IN EO PECCANT, QUOD NULLUM RERUM DELECTUM HABEANT, SED SUMMA IMIS & QUADRATA ROTUNDIS MISCEANT, LINGUARUM QUASDAM ANTE, QUASDAM POST SERIUM SCIENTIARUM STUDIUM ADISCENTES. SINGULA HÆC ADLERTA PER SE VERA FUNT, NEC ULTERIORI EGENT PROBATIONE. NIHIL TAMEN MINUS PRIMO OMNIUM LOCO PONENDAM ELE SEDULAM LINGUARUM CULTURAM, PAULO DILIGENTIUS EVICTUMIRE PLACET. INGENIUM SCILICET HUMANUM HAUD INEpte COMPARAVERIMUS, CUM TÆCUNDA PLANTARUM NATURA. QUEMADMODUM ENIM HÆC INEUNTE ÆSTATE MOLLIBUS SUPERBIUNT FLORIBUS, GERMINA VERO EXIGUA OSTENDUNT, ILLIS VERO PAULATIM FLACCESCENTIBUS, HÆC CONTINUA ADQUIRUNT INCREMENTA, DONEC AUTUMNO Matura PROFERANT SEMINA; ITA ILLUD TENERIORE ADHUC ÆSTATE VEGETA GAUDET MEMORIA, JUDICIUM VERO RUDIUSCULUM OSTENDIT,ILLA AUTEM PEDETENTIM EXOLECENTE, HOC QUOTIDIANA VIRIUM ADDITAMENTA SENTIT, TANDEMQUE SIGULARREM
PROR-

profus maturitatem consequitur. Jam vero cum certissimo experientiae testimonio constet, Lingvas plus memoriae & Scientias plus judicii postulare; arbitra ipsa natura, confectum existimamus, illis aeteneris inde ungviculis, his vero robustiore demum aetate incumbendum esse. Qui contrarium sequuntur institutum, similes sunt morioni Melanchthonis, qui, ex more ligna in culinam Heri ferens, solitus est ex imo strue ea revellere, quæ sine magno negotio moveri non poterant, interrogatusque, cur id faceret, respondit, te difficillimam laboris partem primum confecturum, summa illa facilius moveri, nec vidit quantum referret ordine singula tollere. Vide Tom. I. tel. Decl. p. 421.

§ IV.

INvictissimo inductionis arguento palpabilem hanc veritatem hic extra controversiam ponere facilium esset, nisi vereremur, ut maxima pagellarum angustia multitudinem dicendorum caperet. Sed dicas, totum disciplinarum cætum in binos veluti choros distribui, quorum alter instrumentales, alter principales complectitur, non his sed illis præmitti debere studium Lingvarum. Minime vero. Si disciplinas instrumentales singulas adcurata pensitaveris trutina, nulli dubitamus, quin deprehensurus sis, hanc exceptionem in merum abire fumum. Tribus omnino partibus Philosophia instrumentalis univeria constat, nimirum Philologia, Historia & Logica. Prima, quæ genuino Linguarum studio absol-

ab solvitur, primo omnium loco recensetur ab iis auctoribus, qui naturalem disciplinarum ordinem sequuntur; unde prono fluit alveo, quod illa prius addisci debeat, quam transitus ad reliquas fiat. Historia, quatenus nuda recenset facta, quæ ab omnibus intelligi possunt, nihil habet difficultatis, modo memoriae tuum constet robur, adeoque ex hoc capite necesse non est, ut studium Linguarum ei præcedat; quatenus vero negotia solis eruditis pervia persequitur, maturiorem sane ætatem & judicium magis exercitatum requirit. Accedit, quod majorem sui partem ex libris peregrina lingua exaratis haurienda sit. Logica, quatenus circa notiones secundas velatur, præviam postulat Philologiam, quæ ipsas notiones primas suppeditat. Præterea quis aut nativas scriptorum ideas indagabit, aut judicia veritati congrua formabit, aut legitima ratiocinia construet, nisi peculiares vocum potestates beneficio Lingvarum, quibus usi sunt auctores, sibi reddiderit familiares. Si vero quis eo progrederetur inscitiae, ut disciplinas quoque primarias studio Linguarum præmittendas somniaret, iste, nostro quidem judicio, parilem proponeret absurditatem, ac si quis contenderet, commode fieri posse, ut homo sine manibus capiat & sine pedibus incedat.

§. V.

Sed erunt forte, qui hæc omnia de Linguis tantum Europæis interpretabuntur; Hebraicam vero, excultis deinceps scientiis, addiscendam arbitrabuntur. Verum hi erunt fere, qui malefanis fascinati præjudiciis, com-

conscientinem, quam rationem sequi glorioius estimabunt. Hi si didicerint, non opinionibus hominum, sed affectionibus rerum convenienter ferendum esse judicium; non admirabuntur nos, qui, solidis inducti argumentis, seruum Sancti Labii studium non Scientiis solum primariis, sed artibus quoque humanioribus praemittendum judicamus. Ne vero iniqua videamur postulare, ut æqua teramus, hic monuisse juvabit, quod non singulis promiscue studiosis necessarium judicemus Hebraismum, sed iis tere solis, qui vel sanctissima Dei Oracula populum olim docebunt, vel venerabilem eorum veritatem aduersus malignas adversariorum technas vindicabunt. Nam, nobis quidem arbitris, eodem, sine præcipuo aliquo detimento, carere poterunt ii, qui profana duntat studia excolere decreverunt. Negare tamen non possumus, quin & his, si genuinas ejus delicias gustare voluerint, peculiaria conferat oblectamenta. Quid? quod studiosis Eloquentiæ, Historiæ & Geographiæ interdum prætentissimas ferat suppetias. Quapropter & illis auctores fuerimus, ut naturalem discendi ordinem observent, nec, fatigata demum memoria, animum ad Hebraicas adplicant litteras. Sed proprius ad propositum. In publicis literarum palæstris, alma Lingvarum triga, Hebraica, Graeca & Latina tractatur. His multi Germanicam & Gallicam, pauci etjam Anglicam & Italicam, privata quidem industria, adjiciunt. Institutum laudo, modum vero non probbo. Nam augustam Orientis Reginam ultimo positam loco videre, non potest non

non justum indignationis sensum excitare apud omnes, qui occasionem habuerunt inimitabiles ejus virtutes cognoscendi. Idcirco enormem hunc errorrem impugnare, &, ut par est, Linguae Hebraicæ primum vindicare locum conabimur. Id vero plurimæ ejus prærogativæ postulant, quarum singulæ ita comparatae sunt, ut eidem citra controversiam æqua præcedentia jura concedant. Primum quidem antiquitate tantum inter cæteras eminet Lingvas, quantum lenta solent inter viburna cupressi. Apertis enim indiciis constat, quod mundo vix creato primis Parentibus nostris cum ipsa vita, & quidem a Summo rerum Arbitro, inspirata sit. Deinde intermerata puritas ipsi dignitatem prorsus irrefragabilem conciliat. Etenim universas suas divitias ex proprio habet thelauro, adeo ut ne unicum quidem voculam agnoscat, quæ extraneis debeatur incunabulis. Nam omnes illas radices, quas hodierna ejus indigenia ex ceteris orientalibus Linguis erui jubet, non ut peregrinas adoptat, sed ut domesticas repetit, quippe quas germanæ hæ filiæ communi debent Matri, adeoque ipsi jam indigenti jure postliminii restituere tenentur. Porro incomparabilem quoque ubertatem per omnia ostendit. Hoc vel unicum evincit exemplum. Solam frangendi ideam octodecim distinctis verbis exprimunt Hebræi, & quidem ita, ut singulis determinationem quandam specialem insinuant. Plura enumerare non vacat. Nec admirablem ejus amoenitatem præterire fas est. Quamvis enim affectatis Græcorum callosum non indulget,

at, nativum tamen ornatum in singulis fere formulis manifeste prodit. Deinde neque longioribus vocum trajectionibus naturalem dictionis ordinem turbat, neque inæqualem sermonis characterem adhibet, sed ubique, quantum substrata permittit materia, amabilom servat simplicitatem, cui Veneres prorsus singulares, quasi fragrantissimo quodam condimento, miram conciliant gratiam. Adhæc inviolabilem quoque sanctitatem, quæ primo omnium loco poni debuisset, quasi oculis conspicientiam & manibus palpandam exhibit. Nam sancta Dei eloquia sancto proponit modo, repudiatis paganismi lordinibus, quæ ceteras omnes Linguas inquinarunt, adeoque castissimam animi sanctimoniam omnibus sui cultoribus largissime propinat.

§. VI.

SI aliam quamcumque Linguam sub examen vocaveris & singula hæc momenta requisiveris, nunquam universa simul invenies; unde legitima fluit consequentia, Hebræam omnium præstantissimam esse. Hinc facile concluditur, ei primum deberi locum. Ne vero quis ob præsumtam dilectionem molestiam, quam passim crepat imperiti, adhuc stolida necat dubia, singularem ejus facilitatem argumentis, ut speramus, solidissimis demonstrare possemus. Hic unice provocamus ad simplicitatem prorsus singularem, quam per omnia spirare animadvertis. Si singula spectas vocabula, partim paucissimis constant syllabis, partim distinctissimis gaudent formis. Rarissimis hæc Lingua utitur compositis,

&c

& omnibus vacat difficultatibus, quas infinita terminacionum discrepantia in linguis quibuscunque Europæis parit. Si vero integras loquendi formulas consideraveris, incomparabilem animadvertes concorditatem. Antiqui enim Hebræi matculam sequerantur eloquentiam. Hinc omnes eorum locutiones tam ineptas Sophistarum illecebras, quam vapidas Scholasticorum tricas refugiebat. Veibò: per omnia id, quod communi hominum captui adcommodatum videbatur, diligebant, semper spectantes, non quid tortuosa hominum ingenia enitantur, sed quid genuina cogitandi solertia gignat. Nec aliter facere poterant Scriptores, qui divino agebantur spiritu, & omnia sua monumenta ideo perspicuis mandabant literis, ut a promiscuo mortalium vulgo distincte intelligerentur. Nam ignotum esse potest nemini, quod omnes linguæ Hebrææ opes, quæ ad nostram pervenerunt notitiam, solis sanctorum Dei ministrorum scriptis contineantur. Hæc vero cum exiguum constituant numerum & paucissimis proinde vocabulis absolvantur, etjam ex eo capite facilimus redditur Hebraismus. Hic vero singularem prævidemus objectionem, quam omnino ere fuerit breviter retudisse. Multis enim videri poterit, eo nomine serius excoli debere studium hujus Linguæ, quod solis Theologiæ alumnis insignem adferat utilitatem adeoq; genuinis prudentiæ regulis congruum sit, ut tum demum inchoetur, cum certum vitæ genus electum fuerit, quod ætate adhuc impubere fieri vix poterit. Sed hi erunt fere, qui genuinam Hebraismi naturam ignorant,

nullum rerum usum habentes Primo enim in confessio est, ingentem puerorum multitudinem ante prima studiorum initia, sacro ministerio destinari. Deinde plurima quoque ingenia a teneris inde unguiculis manifesta produnt indicia, ex quibus valde probabiliter concludi potest, cui vitæ generi ex decreto naturæ studere debeant. Præterea ejus indolis est studium Linguæ Hebrææ, ut eam didicisse neminem unquam pœnitere queat, ad quemcunque statum pervenerit. Omnibus enim hominibus, ut Christianis, certum pollicetur usum. Hinc pluri-
mi, quisecularem vitæ rationem secuti sunt, utpote Ju-
ris Consulti, Medici, Philosophi, Politici, immo Princi-
pes & Reges, eam olim excoluere quam felicissime, excoluntque hodienum.

§. VII.

Sed intentiæ tamen nostræ, singularem Hebraismi facilitatem adserenti, obstare videtur difficultas a vocibus derivanda semel occurrentibus, quæ e-
jus sunt indolis, ut genuinus earum significatus exæte cognosci nequeat, nisi Linguæ cognatae in auxilium vocentur, quod haud mediocrem pos-
stulat laborem. Verum enim vero objectiuncta hæc-
ce facillimo negotio diluitur. Nam primum quidem obserbare licet, quod singulæ Linguæ mortuæ pari-
bus laborent difficultatibus. Sic Latina suis & Græca suis σπανιως λεγεμίνοις obnoxia est, quibus lucem aliunde fœnerari necesse habet. Quid? quod Linguæ etiam vivæ quædam ejusmodi vocabula possideant, quæ ex diale-
ctis cognatis necessario illustranda sunt, si peculiarem significandi potestatem ostendere valebunt. Hoc omni-
bus

bus patere putamus, qui Svecanam, Danicam, & Germanicam debita cum diligentia conferre volunt. Largam exemplorum copiam de promere possemus, nisi festinatio prohiberet. Deinde sciendum, reliqua Orientis idiomata, ex quibus Lingua Hebræa in singularibus hisce casibus auxilium petit, tantam certe molestiam Discentibus non creare, quantam ignava quorundam cerebella somniant, sibique & aliis falso persuadere satagunt. Præterea nostro iam seculo præclara Philologorum diligentia effectum novimus, ut plures ejusmodi voces ab omnibus liberatæ difficultatibus, nihil præter communem discendi laborem desiderent. Postremo, ut quod res est dicamus, omnia illa momenta, quæ tenellum tironum captum superant, & maturum postulant judicium, etiam nos maturiori reservanda ætati statuimus, utpote quæ Hebraismum non tam inchoandum, quam perficiendum spectant. Nam consummatam Linguæ Hebrææ peritiam tantum abest, ut a tenerioribus ejus tironibus postulemus, ut potius ne ab omnibus quidem provectioribus requiramus. Nam qui simplicem concionandi facultatem comparare student, satis habere possunt, si tantum didicerint, quantum ad indisponibilem præconii certitudinem necessarium judicatur. Idcirco nostram quoque opellam de studio Linguæ Hebrææ Inchoando de industria inscripsimus, ut ulteriori ejus perfectioni, maturis demum annis adqurendæ, justum reliaqueremus locum, quod tamen ita accipinolumus, ac si intra jejunam præceptorum Grammaticorum notitiam, aut ex langue per paucorum capitum

tum Biblicorum resolutionem subsisterē juberemus gregarios Theologiæ Studioſos. Quin potius perſuadifſum habeamus, eos & poſſe & debere integrum codicem Hebræum pedetentim perlustrare, & singula lectorisim vocabula ita peneſitate, ut fidem versionum quodammodo examinare valeant. In hoc vero ita verſentur necesse judicamus, ut initio talem tequantur cognitionem, qualem ab ingeniis adhuc immaturis ſperare licet, exactam ſcilicet peritiam teſtaturi, cum vires majoribus difficultatibus pares naſti fuerint, ut tandem præcipua ſaltem capita religionis ex fontibus irrigare queant, nec opus habeant quid pro quo in gravifſimo fidei negotio adlumere, quod non potest non conſcientiæ recte informatæ tristifſima infligere vulnera. Qui vero ſuccellu temporis aut ampliores in Ecclesia dignitates tuebuntur, aut nervoſam hanc Linguam in Academiis docebunt, eos oportet, facillimiſ ejusmodi rudimentiſ difficiliora ſuperadde-re molimina, ut tandem exquisitam adtequantur notitiā.

§. VIII.

Qui ſingula hæc momenta rite perpendeſit, haud diſſiculter perſpiciet, omnibus Theologiæ Studioſis prius addiſcenda eſſe Hebraica, quam vel Græca vel Latina adgrediantur. Sed non dum omnia exhauiſimus argumenta, quibus veriſiſima hæc iententia roborari poterit. Si igitur verum ſingularum ſcopum investigaverimus, nullum erit dubium, quin dictis multum adjiciatur ponderis. Linguarum enim Sacrarum, quales Hebræa atque Græca ſunt, facultatem ideo-

ideo necesse habent comparare, ut salientes Scripturæ fontes consulere valeant, nec sanctissima, religionis dogmata ex vapidis versionum lacunis, cum maximo erroris periculo & infelicissimo certitudinis detrimen-
to, torbillare cogantur; Latinam vero Linguam eum
in finem præcipue discunt, ut alia quæcunque scripta,
quæ minoris sunt necessitatis intelligere queant. Præ-
terea Latina ex Græca, hæc vero ex Hebraica, tanquam fi-
lia ex matre prognata est. Hebraica igitur primum, Græ-
ca secundum & Latina tertium postulat locum, adeo ut
qui, natura plane invita, inevitabilem hunc ordinem in-
vertunt, similem committant errorem, ac si matrinatam
& utrique nepticulam præponerent. Qui vero Linguæ
Hebrææ insuper Germanicam, Gallicam, Italicam &
Anglicam præmittunt, tantundem faciunt, ac si au-
gustissimæ cuidam Reginæ peregrinas tervulas ante-
ponerent. Quod si quis adhuc ambigere possit, utrum
Hebraica Græcæ jure anteponi debeat, is cogitet ve-
lim, Græcismum Evangelistis & Apostolis usitatum,
majorem sui partem, genuinum spirare Hebraicum,
vocibus æque ac phrasibus sensibilem quasi odorem ex-
inde trahentibus, adeoque sine prævio ejus auxilio
adcurate addisci non posse. Nec est quod nobis ob-
jicias, Linguam Hebræam ideo Latinam supponere,
quod præcepta ejus grammaticalia, omnia quo-
que Lexica & reliqua tironum subsidia Latino idio-
mate exarata sint. Nam in promptu est responsio, facil-
mo etiam negotio, cōmodissimam aliquam Grammati-
cam & præstantissimum quoddam Lexicon in Sveca-
nam Linguam converti posse a perito artis Magistro.
præ-

Præterea verē possumus adfirmare, quod plerique Hebræorum idiotismi multo facilius Svecano, quam Latino idiomate repræsentari, si non exauriri, possint. Ratio in promtu. Nam primum quidem vernacula nostra arctiorem quandam familiaritatem cum antiqua Hebræorum Lingua collit, ob veterem gentis utriusque cognationem & incorruptum idiomatum genium. Nam Svecana, nullis Sophistarum tricis depravata, naturalem spirat simplicitatem more Hebraicæ, contra vero Latina, ab ineptis his magistellis luxata, inconsultum quoddam artificium redolet. Et quamvis Dramatica Latinorum scripta nativum ostendant genium, adeoque exprimendis Hebræorum idiotismis quodammodo aptiorem exhibeant distinctionem; hæc tamen tantum abest, ut novelli Latinitatis studiosi consulant, ut potius nihil ipsis sapiat, nisi quod innumeris turgeat callopismis & a nativo sermonis genio longius recedat. Nostra vero Lingua, eti recentioribus his temporibus edocta sit adfectatas aliarum argutias imitari, usus tamen quotidianus amabilem servat ingenuitatem, cui multi viri docti eximium statuunt pretium, nulli parcentes labori, ut svariorem ejus saporem omnibus commendent. Nullum igitur dubium superesse potest, quominus plurima, quæ ad Hebraismum rite propinandum faciunt, Svetice, quam Latine, commodius inculcari queant ab omnibus istis doctoribus, qui Patriæ nostræ natales debent. Atque sic sufficienter demonstratum existimamus, studium Lingvæ Hebrææ maturius inchoandum esse. Manum igitur de tabula,

DEO SOLI GLORIA.

